BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 68r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Hic autem quod agit iustitia in subueniendo miseris:
quod prudentia in praecauendis insidiis: quod
fortitudo in perferendis molestiis: quod tempe-
rantia in cohercendis delectationibus prauis: non
ibi erit: ubi nihil erit omnino mali; Bene autem hae
columnae de lignis sethim sunt factae: uel quia spi-
angelici incorruptibiles natura & inmortales sunt
conditi: uel quia absq; peccato conditi: intemerata
suae conditionis puritatem semper custodiunt;
De quib; apte subditur. Quae ipsae quidem deauratae
erunt. & habebunt capita aurea. sed & bases argentea
as. De auratae quippe columnae antequas adpen
der & ur uelum: quia positae intra uelum caeli uir
tutes angelorum summae claritatis sunt gratia uestitae,
Capita habent aurea: quia mentem qua reguntur
habent praesentia diuinae cognitionis acuisionis
inlustratam. Habent & bases argenteas: quia om
nis eorum natura in hoc quasi fundamento specialiter
subsistit. Ut laudes hymnorum suo conditori decantet.
ut uoluntatem eiusdem conditoris nob adhuc intra
peregrinantib; quasi & ctra uelum positis. suis conci
uib; narrent. Unde & ipsi & terra congratulantes
eorum laudib; sedulo q; uoce & choestatoria dicere sole
mus. Benedicite dnm omnes angeli eius potentes uirtute